



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

II. Quanta quiete & consolatione mentis fruatur, qui superiori, ac Patri suo spirituali totu[m] se reuelat, & quanta hac in re bona & co[m]moda includa[n]tur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

hic, hac de causa Monasterio egressus est ille: quippe morbus eum exire compulset. Sed patitur causa venies: at ego dico nec hoc nec illud in causa apostasia. fuisse, sed quod ipse in inde, misso se non detexit, & eorum quae in anima sua contingebant, rationem superiori dare noluit.

## CAPVT II.

*Quanta quiete & consolatione mentis fruatur, qui superiori ac Patri suo spirituali totum se reuelat, & quanta hac in re bona & commodam includantur.*

Lib. 1. offic. c. 6.

Lib. de amicis. c. 5.

In reg. monarch. c. 34.

De ord. & ta & motum instit.

Amicubonus & ita medicus.

Eccl. 6. 16.

Eccl. 6. 14.

Eccl. 6. 15.

SANCTI Patres & Ecclesiae Doctores, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, & Bernardus docent, vnum e maximis, quae hac in vita obtingere homini solatia possunt, esse, quod fidelem nactus sit amicum, in quo conuiescere & cui fidere queat, totum animum suum & cuncta cordis arcana illi detegendo, iuxta illud sapientis. *Amicus fidelis medicamentum vita.* Nulla inquit S. Augustinus est medicina ad curandas plagas tam efficax, quam talis amicus, qui te in laboribus consolari, in dubiis consulere, in prosperitatibus tecum gaudere & congratulari, in aduersis denique compati queat. *Qui autem inuenit illum* (talem amicum) *inuenit thesaurum.* Quid dico thesaurum? *Nam amicus fidelis nulla est comparatio: non est digna ponderatio auri & argenti, contra bonitatem fides illius.* Hanc porro gratiam Dominus tibi in Societate contulit: talem namque in ea amicum (superiorem scilicet) nactus es, ille enim tuus est Pater spiritualis, tuus Magister, tuus Medicus, mater & frater tuus: ac viscera & cor erga te habet plusquam maternum, resque tuas tam quam proprias, & plusquam proprias curabit. Vide ergo, vt talem amico debite commode-

que vraris, teque magna cum fiducia aperias.

Si desideris inquit eo quo ante loco sapiens, sensatum & amicum talem, *enigla ad eum, & gradus ostiorum illius exteras pestum, affidue eum de rebus tuis consulendo, tuaque illi communicando, quia verum in illo solatium, consilium & re-* Solatium ex manibus statione in credibile.  
medium omnibus in rebus, in quibus necesse est inuenies. Quemadmodum enim infimo solamen & alleuiamentum est, ei se aperire medico, a quo sanitati reddendus est, ita afflicto merenti & desolato magnam consolationem & recreationem adfert, poenas, molestias & afflictiones suas patefacere ei, qui consolationem & opem adferre potest.

Inter alia, quae tristitia pellendae, & cor afflictum exhilarandi media Philosophi morales assignant, est afflictiones suas alteri referre & patefacere.

Et adfert hoc D. Thomas, ubi detriticia tractat, hancque huius rei dationem. Nam quando quis inquit, mala & aduersa sua solus apud se tacendo con- 2. q. 38. a. 1. Ex eadem dolo u. nomen.  
coquere & ferre vult, maior est ad ea mentis attentio, & cor magis eodem fertur; vnde etiam hominem magis affligunt; at quando ea aliis communicat, aliquatenus inde mentem diuertit, attentio namque tunc distrahitur ac dilatatur, & animus non nihil respirat.

Ita id fieri communiter per experientiam videmus, & ita vulgo dicunt homines, Ignoscas, quae so haec tibi grauamina mea narranti, quia aliquam ex hac narratione consolationem videor accipere. S. Abbas Nilus Ioannis Chrysostomi olim discipulus, id communiter a Patribus, illis antiquis hac in re solitum dari remedium scribit. Quod & ipsi seita quadam similitudine declarabant, vt nubes tum densae & obscurae sunt, cum aquis turgent, at postquam eas effuderunt, a se reiecerunt & exonerarunt, clarescunt & splendidae fiunt, sic quemdiu quis a tentationibus suis onustus & grauis incedit, in magna tristitia, confusione, angoribus viuit & melancholia

cholio appletus: at hocce à se onus excutiendo, prout id exstillat & à se abiicit, prout superiori se aperit & manifestat, ita & egredidine animi pulsa cor alleuiatur, tristitia mitigatur, & homo gaudio, consolatione, mira que animi pace & quiete deliuitur.

*Serm. 5.* Scribit de Dorotheus tantam animi pacem & gaudium sentire solitum, dum omnia sua Magistro & Patri spirituali retegebat ac manifestabat, ut, quod tanto mentis gaudio perfundebarur, timere ac suspicari coepit, bonone in statu animæ suæ res verferentur, & sibi met ipsi indignari.

Sciebat siquidem cœlestia gaudia intrare volentibus tribulationes & aduersa, Domino assente, necessario subeundas esse (*quoniam per multas tribulationes oportet nos mirare in regnum Dei*) cū porro se non tam labores & tribulationes pati, quam deliciis & consolationibus videtur perfuadi, formido hæc illi obnata est, recte uane in celos iter inlisteret, an secus donec Magistrum suum & formatorem Ceratis Ioannes Abbas consulens, ex eo audiit non esse, quod propterea affigeretur aut laboraret: quoniam quam ille sentiebat pax & animi tranquillitas promissa erat iis, qui conscientiam suam superioribus retegunt, uti ipse faciebat.

*Cap. preced.* Quod autem tanti id momenti sit, id eo id B. P. nobis, uti ante diximus tam operose importuneque cuculeat, vultque superiores saepe cum subditis agere & loqui nam ut alia taceam quæ in hoc inelusa sunt bona, per priuam & familiarem hanc conuersationem mirum in modum subditi animantur, ut ad superiores sincere refugiant, & calore perspicueque se illis retegant.

*37. c. 1. §. 12. §. 4. p. 6. 10. §. 7. Secus & Prefecto Spiritualis.* Quin ut rei huius maior sit occasio & ad maiorem omnium consolationem, in constitutionibus statuit singulis ut in dominibus & collegiis quidam sit rerum spiritualium præfectus, ad quem omnes ut conscientia suæ quieti consulant, consolationem

in eo inueniant, & in animæ negotiis diriganur, recurrere possint. Vnde præclare Cassianus videmus, inquit, omnes disciplinas humanas, & vniuersas artes mechanicas, quæ tamen non nisi ad temporalia bona sunt vtilis, esto etiam ita materiales sint, ut eas oculis videre & manibus contrectare possimus, ab homine nihilominus addisci & percipi non posse, nisi alteri eas docente is in discipulum subdat.

*Co Nat. 2. Abbat. Moysis c. 18.*

*Simile. Nulla sine magistro ars perdiscitur.*

Quomodo ergo tibi persuadeas in hæc sola profectus tui spiritualis scientia non esse tibi opus Magistro, qui te doceat & quid faciendum sit præscribat, præsertim cum tam obscura, spiritualis & inuisibilis ea sit ut non queat oculis corporeis, imo nec animæ quidem, nisi magna cordis puritas accesserit, videri & in qua qui errarit, non, uti in aliis scientiis vsu venit, temporalem, quæ facile reparabilis est, læturam facit, sed animam suam in sempiternum vel perdit vel lucrificat.

Non hic eum hostibus visibilibus, sed inuisibilibus, non cum vno aut duobus, sed innumeris Damonum noctu & interdum assidue nos impugnantium, cuneis nobis certandum est. Hac de causa necesse nos est, inquit Cassianus, diligenter & serio ad maioris nostros & Patres spirituales recurrere, quidquid in anima nostra introrsum geritur, illis declarando ut per eos hoc pacto dirigamur & adiuuemur.

Aliis autem rationibus omissis, ingens fructus & bonum inde prouenitatum, quod singulis in domibus quidam sit rerum spiritualium præfectus, quodque is passim consulatur, liquido patebit ex iis quæ cum ipso tractantur & communicantur, declarare enim ei homo debet, quis orationis, quam obit, sit successus, quæ in illa modo & methodo, procedat, quæ ex ea fructum colligat, num quas ad hoc institutas & præscriptas habent? dationes & monita seruet: qua super

*Quia patefaciendum Prefecto Spiritualis.*

per

per te particulare examen instituat, num errorum numerum per puncta annotet, & num examen cum altero conferat; num spiritualem lectionem instituat, quemnam ex illa fructum eliciat: num quas tentationes habeat, & quomodo se in eis gerat: quas poenitentias & mortificationes cum priuatis, tū publicè obeat: in obedientia quomodo se habeat, ne non in indifferentia, in humilitate, in Regularum obseruantia, & in aliis id genus rebus. Qui porro nouit, esse sibi horum omnium alteri rationem reddendam, certum est, eum propterea paulo accuratius super se aduigilaturum, eam ut meliorem dare queat. Præterea, minime dubium est, quia ad rem aliquam magni faciendam, & à nobis majori in pretio habendam, singulare medium sit, quod ab alio eam magni fieri & in pretio haberi videmus. Cum videam ergo semel & iterum isthæc à me quaeri, certum est, tene me propterea accuratius ad eadem reflectere: & si semel impegerim, dare operam, ne impingam denuo. Adhæc, quemadmodum Theologi & Sancti Patres sacramentalem confessionem forte velut frenum ac retinaculum esse docent, ad homines à peccando retrahendos, uti reipsa id in Hæreticis videre fuit, qui eam & negarunt, & vsurpare desierunt. Adeo quidē ut cum propterea populus in Germania sceleribus & flagitijs scateret, itaque iniquus in proximum esset, ut ne vicinus quidem à vicino tutus esset, ipsimet hæretici legatione missa, Imperatorem Carolum V. rogariat, ut legem ferret, quæ omnes ad scelerum confessionem instituendam obligaret: quod enim auricularis sublata esset confessio, civilem vitam vix posse consistere, & homines tuto viuere, quo Imperator audito, non parum misit, tanquam si ipse rem hæc lege lata iubere posset.

Quemadmodum inquam hominem non parum à peccando retrahit nosse, sibi, quæ delinquit, esse per confessionem detegenda, ita Religiosos non pa-

rum ab erratis & imperfectionibus admittendis reuocat, videre, earum sibi apud alterum rationem reddendam esse.

Ut vero comparationem hanc longius deducam, dico, confessionis frequentationem vnum è primariis esse medijs, quæ alicui ad salutem in tuto collocandam dare possumus, Nam præterquam quod gratia & peccatorum venia in hoc Sacramento obtinentur, quæ unq; cuiuspiam suggeri possunt remedia & consilia, in eo inclusa sunt. Vnde dum tæcularium aliquem in spiritu proficere volumus, consulimus illi: modo quidem, ut Rosariū deiparæ mari recitet: modo ut quotidie, si quidem per occupationes liceat, sacros missæ officio intersit, nonnunquã etiam ut concionem audiat, interdum ut aliquas suscipiat poenitentias operamq; det, ne quis sibi elabatur dies, quin aliquam asperitatem subeat: denique velut omnium præceptum, & quo priora confirmantur consulimus ei, ut sapius bono alicui confessio delicta sua confiteatur. In quo vno quæcunque ei dari possunt remedia simul comprehendere & quicquid illi dici queat, & opus habet, illi suggerere videmur. Id enim ipse si faciat, Confessarius singulis octonis vel quatuordecim diebus, vel mensibus, ea illi media & remedia suggeret, quæ vna vice nec tu ei dare posses, nec alius accipere, simul etiam rationem ab eo tunc poscet, quomodo quæ illi antea remedia dedit, opere exequatur.

Hæc namque bonorum confessoriorum sunt partes, curare videlicet, ut poenitentes sui semper in virtute crescant. Hinc & vitæ spiritualis Magistri poenitentibus semper consulunt, ut vnum & eundem stabilem Confessarium semper habeant: Nam hodie vniuersas alteri confitei parui esse profectus causa solet. Pari modo in hoc vno consuetudine reddendæ medijs particularia omnia media & remedia, quæ alicui ad proficiendum possunt dari, inclusa sunt. Ibi enim superior vel Præfectus rerum spiritualium videt quomodo

Confessio  
ne frequen-  
tatio est q-  
mum e pri-  
maris me-  
dis salutis

Domini. So-  
to Dom. 1.  
in 4. Sent.  
dist. 18. q. 1.  
art. 1.

Cap.  
1. p. c.  
12. E.  
qui.  
suu.  
Lib.  
infl.  
rem.  
E. c.  
Abb.  
Moy.

ex orationis, examinum, & lectionis spiritualis medio proficias; ibi apparet, quomodo tentationes, inclinationes, & pravam quam habes, indolem vincas, ibi cerare est, quomodo silentium, humilitatem, indifferentiam & resignationem exerceas; num proficias vel deficias; hic deniq; tibi suggeritur remedium & consiliū, quod particularis necessitas ac dispositio tua exigit dum modo quide corripis, modo ad pergendum animaris. Cumq; hoc ea suavitate & caritate fiat, qua fieri oportet, & quid Societas per Dei gratiam facit (adeo vrid solum maioris boni tui & profectus in spiritu causa fieri, & solum hunc intendi noris) non potest medium hoc non esse efficacissimum & maximæ energæ.

CAPUT III.

Suas superiori vel Patri spirituali tentationes aperire, efficacissima est ad eas superandas ratio.

Communis est Sanctorum Patrum doctrina, & apud antiquos illos Patres primum velut principium, ut ante diximus, tentationes quaslibet Præpositis Senioribus ac Magistris quamprimum ac percipiuntur, declarandas ac detegendas esse. Cuius rei etiā B. P. in Constitutionibus nos identidem cōmonet. At videamus obsecro, quam eum ad hoc tam operose nobis incul. andū, moverit causa. nam nostra permagni intererit, eam nosse, quo veritas hæc cordis nostri intimo profundius insculpta maneat. Reitaq; huius, iuxta Cassianum, ratio est, quia te Diabolus, idiptum si feceris, dolis, stratagematis, ac tentationibus suis, ecu Tironem aliquem decipere & supplantare non poterit, cum Magi-

stri tui, qui Veteranus est miles, sis armis circumiectus: non item velut ignarum ac belli inexpertum te fallat, si statim ad Patrem tuum spiritualem, qui & gnarus est & expertus recurras, & dictis eius audiens fueris. Neque enim tunc militem novum vel tironem, sed veteranum & in spirituali militia versatissimum dæmon oppugnat. Omnem namq; confessari ac Magistri tui scientiam, prudentiam, & experientiam, facis tuam, quando mox ut sentis periculum, illud ei patefacis, & consilio eius a quiescis. Vnde Cassianus veram hoc pacto ait prudentiam & discretionem, quæ magna virtus est, & quam D. Antonius tanti faciebat, comparari.

Cum enim sancti illi Monachi quadam in collatione vel conferentia spirituali inter se querere cœpissent, ecquæ virtus homini plus ad perfectionem momenti confertet; unus castitatem nominaret (per eam namque sensuales appetitus sub rationis frenum rediguntur) alius abstinentiam, per quam sui ipsius homo imperium obtinet; alius quis de numero iustitiam aut eam quæ sibi per aliis eminere videbatur, virtutem in medium afferret.

Antonius auditis omnibus, & quid sequendum esset; definiens ait: Nulla ad perfectionem comparandam virtus magis necessaria & conducibilior est, quam prudentia ac discretio; reliquarum namque virtutum exercitia, nisi ab hac condiantur & temperentur, Deo non placent, immo ne quidem virtutum sunt actus; si ergo, inquit Cassianus, per facilem perbreuemque virtutis huius assequendæ modum cupis, omnia tua superiori significa & communica, & ex eius sententia, iudicio, consilioque, te dirige; itaque eam consequeris, & prudentiam & discretionem superioris tuam facies.

Idem dilerte scribit Sanct. Bernardus de hac virtute agens: *At quia omnino raris* (discretio) *est in terris, huius circumcis.*

*Nihil adeo dæmonis dolos frangit, ac manifestatio tentationū patri spirituali.*

*Manifestatione acquiritur prudentia.*

ff discre-

Cap. 11

3. p. Con-  
stit. c. 1. §.  
12. & Re-  
gul. 41.  
summarii.  
Lib. 4. de  
instituti-  
onibus. c. 9.  
& collat. 2.  
Abbas  
Moyses. 10